



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum dona sint eade[m] cum virtutibus, an disting. ab
eis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. XXXIII.

finem quam morales acquisitae, quia illud sufficienter fit per fidem ostendenter vitium finem, & per charitatem inclinante in eundem: unde non propter hoc oportet ponere alias virtutes morales infusas.

ii AD primum argumentum dicendum quod sicut bene conuerfamur in vita ciuili per virtutes morales acquisitas, sic bene conuerfamur in vita spirituali per virtutes theologicas nobis infusas, nec oportet ponere propter huc virtutes morales infusas.

iz Ad secundum dicendum per interemptionem minoris, quia per virtutes morales eodem modo mediante circa passiones fideles & infideles virtuosi, qui libet enim eorum iudicat per temperantiam tantu esse sumendum de cibo quantum expediat ad bonum regimē corporis, non solum quo ad salutē corporis conseruandam, sed ne lascivia corporis impellat ad actum contrarium virtutē, vel ponat difficultate in opere virtutē, & si fidelis in aliquo casu plus faciat, non facit hoc per aliquam virtutem moralem, sed per theologicas, vel speciali motione spiritus sancti.

13 Ad tertium dicendum quod pueri baptizatis insfunduntur gratia & virtutes theologicae, non autem morales, & omnino idem sentiendum est de infidelibus, quādō convertuntur ad fidem, & de peccatoribus, quando converteruntur, quia gratia & charitas eis restituuntur, sed virtutes morales non infunduntur.

DISTINCTIO XXXIII.

Sententia huius distinctionis in generali & speciali.

Nunc de septem donis. Prūs egit Magister de virtutibus theologicis & cardinalibus. Hic agit de donis. Et primo absolute distinctione hac. Et secundō comparatiue dist. sequente. Post premissa. Prima in duas, quia primo agit de donis in communī. Et secundō de dono timoris in speciali propter speciale difficultatem, & eius multiplice acceptionē ibi, & quia de timore. Prima in duas, quia primo proponit triplicem questionē, & subdit solutionem. Secundō opponit cōtrarium & solvit ibi, His autem. Illa pars, & quia de timore dividitur in tres, quia primo agit de multiplici specie timoris. Secundō de ipsorum perfectione & imperfectione ibi, & de his eisdē timoribus. Tertio specialiter agit de timore Christi ibi, quādō autem fuerit in Christo timor. Prima adhuc diuiditur, quia primo distinguit quatuor species timoris. Secundō determinat quandam autoritatem qua videtur contraria premis̄ ibi, & attende. Illa pars quā incipit de his eisdē, diuiditur in quatuor, quia primo ostendit imperfectionem timoris seruili, & secundō perfectionem timoris filialis ibi, est autem. Tertio explicando declarat differētiam virtutis ibi, non potest melius. Quartō ostendit virtus q̄ efficiat ibi, scindendum tamen est. Hæc est sententia & diuisio lectionis in generali.

2 IN speciali sic procedit. Et primo proponit quod post tractatum de virtutibus agendum est de donis, circa hoc tria querit. Primo an sint virtutes, Secundō an cessant in patria. Tertiō an furrint in Christo. Et respondet ad primum & ad secundū simul per autoritatem Ambr. dicentes quod sunt virtutes, nec cessabunt in patria: sunt enim in angelis beatis abundantius quam in nobis. Ad tertium respōdet quod septem dona fuerunt in Christo, quod probat auctoritate Isto. super illud Esa. 11. Requiescit super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, &c. Postea obicit contra illud quod dictum est, do spiritus sancti remanere in patria. Primo per autoritatem Beda qui distinguit duplē timorem, scilicet seruilem & filialem: & dicit quod vterq; in futuro cessabit. Secundō per autoritatem Augu. qui dicit quod in peruenientibus timor foras mittitur, sed perficiētibus auxiliū præstat ad salutem, & ita timor nō manet in patria, ergo nec cetera dona. Et respondet quod dona remanebunt in patria, sed habebunt alios vires. Quod declarat specialiter in timore: timor enim finalis tria facit. Primo facit timore Deum, ne offendamus, quē diligimus. Secundō ne ab eo separemūr. Tertiō facit nos ipsum revereri quātum ad duo prima, timor nō remanebit in patria. Sed quātum ad tertium actum, qui est revereri qui non est aliud quam

Quæstio I.

274

dilectio cum subiectione, & hic unus timor fuit in Christo. Et subdit quod quidam dixerunt q̄ timor non fuit in Christo, nec est in angelis nisi secundum effectū, quia faciunt nos timere, & non secundū habitum. Deinde distinguit quatuor timores, scilicet mundanum sive humanum, seruilem initialē, & castum, mundanum sive humanum, timor est quo timemus in tantum dannum corporis, vel amissione bonorum mundanorum, & propter hoc peccamus: & hic timor est malus, & prohibetur in euangelio. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Secundus est timor seruili, quo cessamus a peccatis timore gehenæ, & hic est bonus, sed non sufficit ad salutem. Tertius est timor initialē, quo timemus peccare partim timore gehenæ, partim amore patriæ, & hic stat cum charitate. Quartus est castus seu filialis, quo timemus peccare, ne à Deo quem diligimus separarem̄: & hic permanet in seculum seculi. Beda verò qui non posuit nisi duos timores præter misit mundanū & sub seruili comprehendit initialē, & sic non posuit nisi seruilem & castum. Postea ostendit imperfectionem timoris seruili, quia talis non est in charitate, timor vero initialis introducit charitatem sicut ceta filium, sed perfecta charitas foras mittit hunc timorem. Deinde determinat quandā apparentem contrarietatem, quæ videot esse inter beatum Iohannem, qui dicit in canonica sua q̄ timor non est in charitate. Et David qui dicit quod timor Domini sanctus permanet in seculū seculi. Et dicit q̄ isti, qui eodem spiritu fuerunt inspirati, non dixi cōtraria, quia Iohannes loquitur de timore seruili, & David de timore casto. Primus non est cum charitate, sed secundus. Et ponit exemplum de duabus vxoriis, quarum una timet adulterari ne puniat, alia timer adulterari ne amittat consortium mariti quē diligit & patet in litera. Postea comparat timorem seruilem & initialē, & dicit q̄ utrumq; est initium sapientie, sed differenter, quia seruili preparat locum sapientie, sed non stat cum charitate. Initialis verò introductus eam, & manet cum charitate imperfecta, sed perfecta charitas foras mittit hunc timorem, quia habet annexam anxietatem pœnae. Deinde dicit quod ex quo timor castus permanet in seculū seculi, certum est quod erit in patria secundum actum, qui est subiectum Deo cum reuertentiā secundum quem modū fuit in Christo. Ultimū querit qualis fuit timor quo Christus timuit in sua passione, & dicit quod non fuit aliquis de prædictis, sed fuit timor humanus, seu naturalis, quo quilibet homo timeret mortem naturaliter, & hoc in omni homini à natura, nō prout fuit à deo instituta, sed prout est per peccatum corrupta; hic tamen timor nō fuit per Christum contractus, sed voluntarii assumptus. Et in hoc terminatur, &c.

Quæstio PRIMA.

Vtrum dona sint eadem cum virtutibus, an distincta ab eis.

Tb. I. 2. q. 68. ar. 1.

Circa distinctionem istam queritur primo, vtrum dona sint eadem cum virtutibus, an distincta ab eis. Et arguitur q̄ sint idem cum virtutibus, quia illa sunt idem, quorum una est diffinitio, sed virtutum & donorum est eadem diffinitio, ergo ipsa sunt idem. Minor probatur, quia diffinitio quam dat Augu. de virtute cōpetit donis, scilicet quod virtus est bona qualitas mentis qua recte visur, quia nullus male visur, quia Deus nobis & sine nobis operatur.

2 Item inter dona nominatur sapientia, intellectus, scientia, fortitudo, consilium & prudentia; constat autem q̄ haec sunt virtutes, vt patet, &c. Ehi, ergo videtur quod dona non distinguantur a virtutibus.

3 IN contrarium est quod dicit beatus Greg. i. moral. quod dona data sunt in adiutorium virtutum, sed nihil in adiutorium suis ipsius, ergo &c.

4 Item timor numeratur inter dona, qui tamen non est virtus, sed passio, quare &c.

5 RESPON SIO. Circa questionem istam sunt quatuor modi dicendi, quorum duo primi parum habent probabilitatem. Alii vero duo sunt probabilitores. Primum modus est quod virtutes & dona realiter distinguuntur, quia virtutes dantur ad bene operandum, sed dona

MM, ad

DURANDI
DIJUS

Magistri Durandi de

ad resistendum temptationibus. Sed istud satis conuenienter reprobatur, quia per idem datu*m* aliqui facultas ad bene operandum, & ad resistendum malo contrario, sicut enim per temperantiam aliqui habet temperate viure, ita per eandem habet resistere oppositis temperat*e*, & sic de aliis virtutibus, unde de charitate que importat actus omnia virtutum dicitur, Cant. 8, quod aqua multa id est, temptationes qualecumque non potuerunt extingue*r* charitatem: ergo virtutes perficiunt ad bene operandum, non operari prae*ter* eas ponere aliquos alios habitus, qui perficiant nos ad resistendum contrariis temptationibus.

Secundus modus est quod dona differunt a virtutibus, quia per virtutes evitantur peccata, per dona purgantur sequel*e* peccatorum, & istud confirmatur per verbum Gregorii, qui dicit quod sapientia datur contra stultitiam, intellectus contra hebetudinem, & sic de aliis, quia non sunt peccata, sed sequel*e* peccatorum. Sed nec istud valet, quia omnes huiusmodi defectus tolluntur per virtutes, sicut per dona, sapientia enim & intellectus sive accipiuntur ut dona, sive ut virtutes equaliter tollunt stultitiam & hebetudinem. Item prontitas ad peccandum est sequela peccati: ita autem prontitas tollitur per ausefactionem actionibus virtuosis, quare &c.

7 Tertius modus est quod dona & virtutes sunt idem, sed differunt sicut superior & inferior, ita quod omnis virtus est donum, sed non omne donum est virtus. Differentia autem nominum est, quod idem quod dicitur virtus prout perfici nos ad bene operandum dicitur donum, prout datur a Deo, virtus enim fortior rationem doni non qualitercumque habita, sed prout per infusionem habetur, & non ex mera acquisitione. Et videtur haec differentia non minima haberi ex ipsa scriptura, sapientia enim que secundum se est virtus quadam, vocatur donum, prout aliquis diuinus infunditur: & sic loquitur beatus Iohannes in sua cano, cap. 1, dicens, Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, & statim subiungit de sapientia, qui si indiger sapientia postulet a Deo qui dat omnibus, &c. Simili modo loquitur Apostolus de fide, vocans eam donum hac ratione. Ephes. 2, Gratia salutis est iuste per fidem, & non ex vobis, Dei enim donum est.

8 Obseruit autem contra hunc modum sic, si donum & virtutes sint idem re, solum differunt secundum rationem, tunc quo*n* essent virtutes, tot erunt dona: & sic reperitur, quae est virtus, erit eti*m* donum, & similiter iustitia, necnon fides & spes, & caritas: hoc autem non dicitur communiter, quare &c. Ad hoc respondent tenetes hunc modum, concedendo quod tot sunt dona quod virtutes infuse*r*, quia ex infusione fortiorunt ratione doni, & quando dicitur, quod fides, iustitia, temperantia, & huiusmodi non numerantur inter dona. Esa. 11, dicunt quod si videatur non soli principium illius capituli, sed processus, dicitur enim consequenter, erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorum renum eius, & sic habemus iustitiam & fidem: sub fide autem comprehenduntur spes & caritas, de temperantia autem dicitur quod intelligitur in dono timoris, quia per timorem potissimum retrahimur a delectationibus carnis, secundum illud Psal. Confige timore tuo carnes meas, prudenter autem nomine consilii, & secundum istum modum omnes virtutes intellectuales, ut sunt sapientia, scientia, & intellectus, & omnes morales, prudencia, fortitudo, temperantia & iustitia, ut a Deo dantur, dona dicuntur, necnon & virtutes theologicae. Et si arguitur quia tunc erunt plura dona quam septem. Respondent isti quod non est inconveniens, quia in bonis quanto plura sunt, tanto melius est. Modus autem communis loquendi, quo dicitur esse septem dona, & non plura, ortu*m* habuit ab illis qui considerauerunt principium. II. capituli Esaiae, & non processum, sed quia quodam sunt quae inclinat hominem ad bene operandum, & a contrariis retrahunt: quoniam non sunt virtutes, tamen talia quando a Deo infunduntur, sunt quadam Dei dona, ut timor, sive accipiatur pro passione, sive pro affectione voluntatis aequali vel habituali, & secundum hoc donum est in plus quam virtus, quia non omne donum est virtus, sed omnis virtus est donum quando a Deo infunditur.

9 Quartus modus est, quod dona & virtutes differunt, quia dona perficiunt ad operandum altiori modo quam vir-

Sancto Porciano

tutes. Ad quod sciendum est aduertendum quod habitus non requiruntur ad elicendum substantiam operationis, sed proper modum operandi. Modus autem operandi ad presentem est duplex, humanus & superhumanus, & primus qui dem experimur in nobis. De secundo autem videretur loqui Philosophus. 7. Ethic, dividens contra virtutem absolutam & simpliciter acceptam virtutem heroicam, quam vocat diuinam, eo quod secundum eam homo quasi diuino modo operatur. Ex quo potest sic argui, ubi est alius & alius modus operandi, ibi est alius & alius habitus, sed secundum virtutes & dona est alius & alius modus operandi, quia secundum virtutes operamur modo humano, secundum dona autem modo superhumano, sive diuino, ergo virtutes & dona sunt differentes habitus, & confirmatur hoc, quia cum homo sit quid mediis inter bruta & substantias separatas, que diuina dicuntur, sicut in malitiis est inuenire modum humanum & modum superhumanum vel bestiale (sicut sunt peccata contra naturam que excedunt modum malitiae humanae) sive in bonis est inuenire humanum modum ad quem perficiunt virtutes & superhumani sive diuinum ad quem perficiunt dona. Vter siorum duorum modorum feliciter tertii & quarti sit verior, nescio an est alicui notum per certitudinem.

10 AD primum arg. dividendum secundum quarti modum quod illa distinctione sic intelligenda est quod virtus est bona qualitas mentis qua recte vivit homo humano modus, & sic non coenit donis quibus vivitur modo diuino vel superhumano, secundum autem tertium modum concedetur quod omnis virtus sit donum qualius non conuersio, propter timorem qui secundum aliam sui acceptio nem est donum & non virtus, sed tunc iam non est habitus sed passio vel affectio, vel si sit habitus non tamquam virtus per virtus cum constituit in fuga mali.

11 Ad secundum dicendum est secundum quartam modum quod quia ea que sunt super nos non cognoscimus nisi ex his que sunt secundum nos, ideo nomina donorum sumuntur secundum nomina aliquarum virtutum quibus illa nomina non vniuersale virtutibus & donis conueniant, secundum autem tertium modum conceditur ratione argumentum.

12 AAGVMNTVM in opositum bene procedit secundum quartum modum, sed secundum tertium dicendum quod pro tanto dono dicuntur dari in adiutorium virtutum, quia habentes virtutes ex infusione diuina (que ut sic dicuntur dona) habent eas perfectius quam illi qui habent eas ex sola acquisitione, & si prius habentur per acquisitionem & deinde augeantur per infusionem, & tunc dona dicuntur in adiutorium virtutum, quia quod prius poterant facere minus perfecte, postea possunt perfectius.

QUESTIO SECUNDA.

Vtrum sint praecise septem dona.

Ibo. I. 2. q. 63. art. 4.

Secundum queritur, vtrum sint praecise septem dona. Et videtur quod non, quia dona vel sunt virtutes, vel sunt in adiutorium virtutum, sed quicquid istorum dicetur, semper per sequitur quod sunt plura dona quam septem, quare &c. Major patet ex precedente questione. Minor declaratur, quia, si dona sunt idem quod virtutes, quot sunt virtutes tot erunt dona, sunt autem plures virtutes quam septem, quare &c. Si vero sunt adiutorium virtutum idem sequitur scilicet quod cuilibet virtuti debet correspondere aliquid donum datum in eius adiutorium.

2 Item videtur quod non sunt septem, quia donum est aliquid altius virtute, sed timor non est aliquid altius quam sit virtus, ergo non est donum, & sic de septem subsistas etum est vnum.

3 IN contrarium est Magister in litera.

4 RESPONSO. si dona & virtutes sunt idem, vel donum sit in plus quam virtus, ut dicit virtus modus in precedenti quest. tactus, sic non est dubium quoniam sine plura dona quam septem cum virtutes intellectuales, theologicas, & morales, hunc numerum excedant, sed quia hic modus quoniam probabilis tamen non tenetur communiter, ideo loquendo ut plures. Dicendum est quod solum sunt septem dona & non plura, vel pauciora. Quorum unum